

Dado mori sapiens sed quid sapiencia nouit
 Mortis cautelam fallere Dado mori

Dado mori sperans per longum Diuere tempus
 forte dies hec est Ultima Dado mori



Mors facit epulum res aufert atqz colorem. Dermibus exponit fetencia corpora reddit

Mors

Astrologe respector siderum
 Non videtis per astronomiam
 q̄ diuersa potestas astrozum
 Istam mortis impediāt viam
 Respicite genealogiam
 Patris ade pro quo nos pugnamur
 Attendentes ad theologiam
 Nam pro pomō nos omnes morimur

Astrologus

Pro gradibus nec pro sciētia
 Nullatenus prouidere scio
 Solum quero cum displicētia
 Cito mori Diuere nescio
 Ecce dies meos nunc transeo
 Et aduenit Et nullus me iuuat
 Nulla michi prodest inspectio
 Qui bene vult mori bene Diuat

Mors

festinate Venire burgenſis
 Non habetis modo diuicias
 Mors execans cuncta Velut ensis
 Vobis affert suas inducias
 Si fecistis in mundo res pias
 Istud opus deus auctorizat
 In supremis reprobāt alias
 Homo nescit pro quo thesaurizat

burgenſis

Ducum michi iam sic relinquere
 Diuicias sensus nutrituras
 Sed diuitem simul cum paupere
 Tu perire cito mors procuras
 Non sapiens est qui suas curas
 Ponit bonis terre que pereunt
 Et anime penas parent duras
 qui plus habent plus tristes obiunt